Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25953
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Sed hec ipsa redemptoris nri opera que ex semetipsis comprehendi nequaquam possunt ex alia ei operatione pensanda sunt. ut rebus mirabilibus fidem prebeant facta mirabiliora. Illud quoque corpus dni intrauit addiscipulos ianuis clausis. qd uidelicet ad humanos oculos pnatuitate sua clauso ex utero uirginis. Id quoque mirum si clausis ianuis p resurrectionem suam in eternum iam uicturus intrauit. qui moriturus uenienti n apto utero uirginis exiuit. Sed quia ad illud corpus qd uideri poterat fides uniuersorum dubitabat. ostendit cicatrices manus et pedes palpandum carne pretulisse. buit. quam clausis ianuis introduxit. Qua inter duo mira et iuxta humanam rationem sibi uidelicet contraria ostendit. dum p resurrectionem corpus suum et incorruptibile et tam palpabile demonstrauit. Nam et corrumpi necesse est qd palpatur. et palpari n potest qd n corrumpitur. Sed miro modo atq, inestimabili redemptor nr et incorruptibile p resurrectionem et palpabile corpus exhibuit. ut monstrando incorruptibile mutaret ad premium prebendo palpabile formaret ad fidem. Et incorruptibile sed et palpabilem demonstrauit. ut, profecto cum post resurrectionem ostenderet corpus suum et causam nature et alterius gratie. Dicit eis. Pax uobis. Sicut misit me pater. et ego mitto uos. Pater filium misit. qui hunc, redemptionem generis humani incarnari constituit, quem uidelicet in mundo uenire ad passionem uoluit. Et tam amauit filium quem ad passionem misit. Electos quoque apostolos dns n ad mundi gau-